



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XV. Vt bannitum ieiunium ab omnibus diligentissime obseruetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

XIII.

Item decretum est, vt nullus laicorum alicui presbytero suam commendet ecclesiam, præter consensum episcopi: sed eum prius mittat suo episcopo, vel eius vicario, vt probetur si scientia, ætate & moribus talis sit, vt sibi populus Dei commendetur.

XIV.

Statuit quoque sancta Synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi vt * alterum illorum vtrosque diuino purget iudicio, si * vnum in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur.

XV.

Decretum est etiam, vt omnes^d bannitum ieiunium, in quocumque episcopio celebratur, diligentissime obseruent: & si quis illarum octo interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, vnum pauperem, prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

XVI.

Decreuit quoque sancta Synodus, vt nullus Romam eat, nisi cum licentia sui episcopi, vel eius vicarii.

XVII.

Et illud sub anathemate præceptum est, vt nullus presbyterorum cuiquam poenitenti^e carnem diuidere præsumat, si infirmitas non interuenerit.

XVIII.

Quia multi tanta mentis suæ falluntur stulti-